

Eine neue Art der Gattung *Thelyterotarsus* aus Mittelasien.

(Coleopt., Chrysom., Cryptocephalini).

Von J. Jankowski,

(Taschkent, Mittelasatisches Museum für Naturkunde.)

***Thelyterotarsus* (in spec.) *ogloblini* species nova.**

Species distinctissima, omnium specierum generis adhuc descriptarum maxima, robustissima et pilosissima, *Thelyterotarsi fausti* Weise, *regeli* Jacobs., *bergi* Jacobs. et *ivanovi* Jacobs. magis propinqua, pictura autem *Thelyterotarsum baeckmanni* Jacobs., speciem magis laxatam, valde admonens.

Long. 5½ mm, lat. 3 mm, long. pronoti 1.49 mm, lat. pronoti 2.5 mm, ergo pronotum longitudine sua plus quam sesqui (in relatione 17:10) latius. Corpus robustum, superne distincte depressum, punctis pilisque lucidis dense obsitum. Elytra pilis multo brevioribus quam frons, vertex et pronotum tecta, confusissime et sat crebre punctata, punctis passim confluentibus, inaequalibus (duplicibus, ut in aliis speciebus supra dictis); fere omnibus interspatiis fortiter calloso-elevatis, quam ob rem tota fere superficies elytrorum irregulariter ruguloso-reticulata apparet, rugulis longioribus plerumque subtransversim, brevioribus autem sublongitudinaliter dispositis. Rugulositas elytrorum omnino evidenter fortior et copiosior est, quam in omnibus aliis speciebus hujus generis. Vertex subnitidus, punctis minoribus et parum sparsius punctatus, quam frons. Antennae pronotum longe superantes, tenues, leviter serratae, brunnescentes, apicibus valde infuscati.

Mandibulae stramineae, basi apicibusque nigrescenti-brunneis. Labrum genaeque straminea, lateribus et nonnullis labeculis brunnescenti-infuscati. Clypeus brunnescens in parte sua basali macula centrali straminea signatus, quae macula etiam marginem angustam apicalem frontis occupat. In hac macula, sicut in omnibus iis locis corporis, quae stramineo colorata sunt, omnia puncta rufescenti-brunnea. Frons nigra, tribus maculis obscure-stramineis exceptis: sola apicali anguste-semilunari, cum macula clypei con-

fluente, et duabus lateralibus, elongatis, basin frontis attingentibus et fere ad dimidiam oculorum accurrentibus. Vertex niger. Pronotum nigrum, stramineo-limbatum, limbo in angulis anticis, medio antice et utrinque postice ante scutellum in maculas dilatato. Ambae maculae antescutellares propter puncta numerosa rufescenti-straminea videntur. Tota fere superficies pronoti, parte centrali sola exep̄ta (semperne?), pilis lucidis perlongis accumbentibus copiosissime obsita et manifeste comata videtur. Scutellum nigrum dense pilosum, apice stramineo fere nudo. Elytra obscure-straminea punctis brunnescentibus, tota sutura anguste-denigrata, maculis elongatis piceo-vel brunnescenti-nigris. Quae maculae numerosiores, sed minus distincte determinatae sunt quam in *Thel. baeckmanni* Jacobs. et passim totaliter confluunt. Macula mediana subscutellaris quae in *Th. baeckmanni* deest, sub apice scutelli e duabus maculis lineiformibus minus quam ceterae obscuris composita est literamque α forma sua admonet. Duae maculae callum humerale nigrescenti-brunneum attingentes et quasi solam maculam biramosam (ramo interno longiore) formantes, totaliter maculis 1ae et 2ae *Thelyterotarsi baeckmanni* correspondent; caeterae bis binae maculae *Th. baeckmanni* in specie nostra in solam maculam totaliter confluunt, quae macula in elytra dextra literae *J* grandi, sicut id manu scribitur, subsimilis est. Nominatim, ambae maculae internae — 3ia at 5ta — in solam lineam longam fere rectam conjunctae sunt; 4ta subovata, ponte cum 3a conjuncta, capitem literae *J* format, sexta autem, fere semiotunda (parte apicali rotundata) quibuscunque anastomosis cum macula quarta carens cum termine lineae longae conjungitur.

Subtus picescenti-niger, cinerascens propter pilositatem lucidam apparens, ultimo sternito pygidioque stramineo-limbatis. Pedes obscure straminei, femorum margine antico et omnibus apicibus femorum, tibiaram nec non tarsorum articularum infuscatis.

Patria: Asia Media, pars euroa montium Tschatkal-Alatau, in finibus Reipublicae Kirghizicae Unionis R. S. S.

Habitat in pratis tesquiformibus zonae silvosae inferioris, in altitudine mediocri (circa 1200 m s. m.)

Specimen typicum, 10. V. 1923 ad litora fluminis Patschata a me ipso captum, in Museo Naturae Viriumque Efficientium Asiae Mediae in oppido Taschkent conservatur.

Hanc speciem egregiam coleopterologo D. A. Ogloblin'o leninopolitano dedico.

Auf den ersten Anblick unterscheidet sich die neue Art von allen bisher bekannten Arten der Gattung durch ihre außerordentliche Größe, sehr lange, anliegende Behaarung des Pronotums und besonders stark entwickelte Zeichnung, die nur mit derjenigen des *Thelyt. baeckmanni* Jacobs. vergleichbar ist. Auch viele andere wichtige Merkmale, aus vorstehender Beschreibung zu ersehen, sind *Thel. ogloblini* m. eigentümlich und grenzen diese Art von den anderen scharf ab.

Die Futterpflanze dieser Chrysomelide blieb unbekannt; der gesamte Charakter ihres Wohnplatzes ist steppig, mit Vorkommen einiger echter Xerophilen im Bestande der Pflanzenformation, obwohl der Fundort selbst in der unteren Waldzone in einer Höhe von etwa 1200 m liegt.

Neue Thysanopteren aus Mexiko, gesammelt von Prof. Dr. A. Dampf.

Von H. Priesner, Cairo.

I. Teil.

(Mit 3 Figuren).

Umfangreiches, von Prof. Dr. A. Dampf in Mexiko gesammeltes Material an Thysanopteren erschließt uns eine bessere Kenntnis, zumal der Blütenbewohner dieses Landes. Ich habe ca. 50 Thysanopteren-Arten vor mir, unter denen sich eine Serie bisher unbekannter befinden, von denen einige bereits andernorts von mir behandelt wurden, der größere Teil aber hier beschrieben ist. Diese folgende Serie neuer Arten und Varietäten soll einer Gesamtdarstellung des Materials vorausseilen, die aus verschiedenen Gründen noch nicht gebracht werden kann.

Ich möchte aber bereits jetzt auf die verhältnismäßig stark vertretene, schwierige Gattung **Frankliniella** hinweisen; diese Gattung ist als eines der phylogenetisch jüngsten Glieder der Familie Thripidae zu betrachten, die, soweit man das bis jetzt überhaupt sagen kann, in den wärmeren Teilen der Neuen Welt ihre stärkste Entwicklung erfährt. *Frankliniella* ist eine sehr schwierig aufzulösende Gruppe, bei der es nicht in allen Fällen

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Wiener Entomologische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1932

Band/Volume: [49](#)

Autor(en)/Author(s): Jankowski J.

Artikel/Article: [Eine neue Art der Gattung Thelyterotarsus aus Mittelasien. 168-170](#)